

Sigismundus primus rex Polonia, Mer:
curico Gattinario cancellario caesaris.

157

Illustris et magnifica sinere nobis dilecte. Mit:
tentes ad caesarem maiestatem in summis
reipublica christiana necessitatibus, et etiam
in quibusdam negotiis nostris, hunc nobile
et egregium Joannem Dantiscum secretari:
um nostrum, et ab illo edocti quanta nos
benevolentia vestra dominatio complectatur,
commisimus illi ut in omnibus, auxilio et
consilio eius innitatur. Rogamusque illam
plurimum, ut illi patrocinio et favore suo
apud ipsam caesarem maiestatem adesse ve:
lit, quo ex sententia et ultra moram nego:
tia sibi commissa transigere possit. Cogno:
set semper eas operas quas pro nobis fa:
cit, non vulgari esse apud nos pondere, neque
illarum ingratos et immemores nos futuros.
Cupimus vestram dominationem optime va:
lere, etiam quod ei ipse nuntius noster of:
feret, ut grato animo suscipiat optamus.
Datum 1524.

